

sanctorum cui dicitur monasterio Sirasia, offerimus villa cui nomen est Verduni¹, et prope ibi iuxta una baselica Sancta Maria, ut fiat in vita et post obitum quod advenit nobis sincera libera habeant potestativam, terminum, aquarum, pascuarum, de aqua Verali usque ad aqua Aragone, nullo ingenio quod de omni genero sed propria que fuerat de avibus regibus nostris.

Et si quis aliquis factum vel datum nostrum disrumpere voluerit, non habeat cum Christo participationem, sed sit condemnatus cum² Scarioth Iuda traditore, amen.

¹ Verduni] et una cum ea baselica que dicitur [Sancta Maria, E; Verduni] et prope ibi iuxta ea unam baselicam quod dicitur [Sancta Maria, F. 2 cum]
Datan et Abiron et cum Iuda qui vendidit Christi ita ut nec in presenti seculo nec in futurum habeat gaudium, sed semper crucietur et ipse qui fecerunt et omne genus sui igne perpetuum.

Facta carta era M. VI. Signum regis, EF.

1082 septiembre 4. Leire

Sancho Ramírez, rey de Aragón y Pamplona, concede monasterio de San Pedro de Siresa privilegio de capilla real, sujeta a la regla de San Agustín, y le dona el monasterio de San Salvador de Agüero.

ACH, armario 2, núm. 96, letra carolina del siglo XII
(B).

ACH, *Libro de la Cadena*, núm. 792, pág. 443 (C).

Ed. Ricardo del ARCO, *El monasterio de San Pedro de Siresa*, en "Linajes de Aragón", 5 (Huesca 1915),

Ed. Ricardo del ARCO, *El real monasterio de Siresa*, en "Boletín de la Sociedad Española de Excursiones", IV trimestre de 1919 (Es una reedición del anterior).

Ed. José Ma. RAMOS LOSCERTALES, en "Anuario de Historia del Derecho Español", 6 (Madrid 1929), p. 78.

Ed. A. DURAN GUDIOL, *La Iglesia de Aragón durante los reinados de Sancho Ramírez y Pedro I*, pág. 179.

Ed. A. DURAN GUDIOL, *Colección diplomática*, núm. 45.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hoc est privilegium de monasterio beatorum apostolorum Petri et Pauli et omnium apostolorum de Siresia, quod monasterium est regalis capella. Cum omnibus catholice degentibus omni diligentia ac sollicitudine nimia considerandum sit in hoc seculo momentaneo sive transitorio taliter agere quatinus post huius vite decursu gloriam leticiamque sempiternam cum sanctis perhenniter valeant optinere, ego Sancius, Dei misericordia rex Aragonensium, dignum et idoneum in tempore meo vidi regales capellas que a predecentibus regibus persecutione gentilium impeditis multis temporibus minus ordinate constiterant, constituere et ordinare et privilegio firmare quatinus in postero inconcusse et ingenuo permaneant et quod tenere debent libere et absque calumpnia teneant.

Hoc ego Sancius rex supra dictus succensus amore, pro

remedio anime mee seu parentum meorum, monasterio beatorum apostolorum Petri et Pauli necnon et aliorum apostolorum de Siresia quod est regalis capella privilegium facio et illud idem monasterium libertate et ingenuitate dono ut liberum et ingenuum per secula cuncta permaneat cum omnibus terminis suis et rectitudinibus sive appendiciis que habere et possidere debet, ut habeat et possideat libere et absque calumpnia per omnia secula, excepto quod regiam potestatem homines sequantur ut debent in hoste et in milicia quanto edixerit regia censura.

Dono etiam ego Sancius rex iam supra memoratus predicto monasterio quoddam monasterium Sancti Salvatoris de Augero cum omni hereditate sua quam abet, excepto quod episcopus habere debet, scilicet quartum. Hanc vero traditionem et ingenuitatem facio et privilegio affirmo tali tenore et tale conditione ut clerici ibidem sub regula sancti Augustini omni tempore degentes Deo serviant.

Monasterium vero omnibus diebus sic se habeat cum rege, sicut regalis capella se debet habere. Ipse autem rex qui huic monasterio preerit ipsum et Deo ibi sub regula sancti Augustini servientes cum honore teneat et custodiat.

Si vero episcopus aut aliquis locum iam prefatum infestare atque persecui presumpserit et auferre aliquid voluerit sive calumpniverit, rex qui hunc locum defensare debuerit omnibus modis eum defendat et persequentes digna ulcione corrigat et locus idem firmus et stabilis cum suis omnibus omnino permaneat. Si vero quod absit rex huic loco aliquam infestationem sive persecutionem facere temptaverit, episcopus eum obnoxie et canonice arguat et castiget et in quantum poterit ab huiusmodi scelere retardet quatinus omnipotens Deus clemens et misericors per suam pietatem et misericordiam illis qui hoc diligenter fecerint dignam retributionem in futuro cum sanctis angelis tribuat et in hoc seculo florere et regnare feliciter concedat qui vivit et regnat per infinita secula seculorum amen.

Factum est autem hoc privilegium in Legerensi monas-

terio Sancti Salvatoris, II nonas septembbris, era Ma. Ca. XXa., regnante Domino nostro Ihesu Christo atque sub eius clementia regnante rege Sancio cum uxore sua Felicia et filio suo Petro in Aragone et in Pampilonia et in Superarbi sive in Ripacorza, imperatore Ildefonso in Castella, domno Garzia fratre regis episcopo in Iaca, domno Raimundo Dalmacii episcopo in Rota, domno Sancio Ranimiri comite in Ripacorza, domna Sancia comitissa atque sorore regis presidente in Siresia, domno Sancio abbate in Sancto Iohanne de Penna, Raimundo Beringerii et Beringerii Raimundi fratribus comitibus in Barchinona.

Signum [signo] Sancii.

[Signo de Pedro I en caracteres arábigos].

Signum [Signo de Ramiro II] Ranimiri regis.

Ego Eraldus gramaticus regis, per iussionem domni mei regis, hoc privilegium scripsi et de manu mea hoc signum [signo] feci.

[1082]

14

Sancho Ramírez, rey de Aragón y Pamplona, dona al monasterio de San Pedro de Siresa el de San Salvador de Agüero, el castillo de Casta y la iglesia de San Pedro de Spaniés.

ACH, *Libro de la Cadena*, núm. 248, pág. 126 (B).

BN, ms. 746, fol. 124-125, núm. 25, copia del siglo XVII (C).

Ed. A. DURAN GUDIOL, *La Iglesia de Aragón durante los los reinados de Sancho Ramírez y Pedro I*, p. 181 (b).

Ed. A. DURAN GUDIOL, *Colección diplomática*, núm. 47.